

Franckesche Stiftungen zu Halle

Io. Anast. Freylinghsii, Pastoris Vlriciani Et Gymnasii Scholarchae, Fvndamenta Theologiae Christianae, In Doctrinis Fidei Ex Verbo Dei Perspicve ...

Freylinghausen, Johann Anastasius

Halis Magdeb., MDCCLXXV.

VD18 13062689

Articulus Secundus De Hominis Lapsu Et Peccato.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-206191

Apoc. II, 7. XXII, 1. 2. 14. coll. Gen. II, 8-15.
III, 22-24.

ARTICVLVS SECVNDVS

DE

HOMINIS LAPSV ET
PECCATO.

§. I.

Quomodo
hic articu-
lus cum
præceden-
ti cohae-
ret?

Homo in statu concreatae innocentiae et
sanctitatis non perstitit, sed ab anti-
quo serpente deceptus animum a
creatore suo et summo bono auertit, conuer-
titque in inordinatum amorem sui et rerum
creatarum, qua de re accurate exponitur
Gen. III. Vnde homo in *lapsu et peccato* se
cognoscere discat, oportet, de quo in hoc
articulo, ordine sic exigente, agendum est.

§. II.

Lapsus
protopla-
storum
qua in re
constitit?

Lapsus et peccatum protoplastorum et
omnium hominum in illis, non in solo fructus
arboris veritatis esu constitit, sed, ut diximus,
in *interna animi auersione a Deo ad se ipsos,*
mundum, immo ad ipsum diabolum, Gen. III, 6.
coll. 1 Io. II, 16. Rom. V, 19. quamobrem
nec liberatio e statu peccati aliter fieri potest,
quam ut quis ex tenebris in lucem, et ex sata-
nae potestate ad Deum se conuertat, secundum
Act. XXVI, 18. et alia plura sacrarum littera-
rum testimonia. *LEATHERVS* Comment.
in Gen. II. Tom. VI. Wirreb. fol. 23. a. (Tom.
IX.

De hominis lapsu et peccato. 105

IX. Alt. fol. 46. a.) „Adam quidem in pomum
„figit dentes, reuera tamen figit dentes in acu-
„leum, qui erat prohibitio Dei et inobedientia
„erga Deum. Hac est vera causa mali, sci-
„licet quod contra Deum peccat, eius man-
„datum negligit, et paret satanae.”

§. III.

Per hunc vero lapsum imago Dei amissa Lapsus
est, et peccatum; satanae imago, in mundum quid at-
traxit; cuius iam originem, naturam, traxit?
discrimen et poenam dedita opera cognoscere
debemus: ut (quemadmodum LUTHERVS Agnitio
loquitur) tandem aliquando ex somno pec- peccati ad
catorum experrecti, oculis apertis horribilem quid pro-
noxam et perniciem, ceruicibus nostris in- dest?
cumbentem, videamus, ad Deum manus
supplices tendamus, ab eoque opem et
auxilium, solatium et liberationem ex hac
miseria petamus.

§. IV.

De origine peccati notandum, nequa De origi-
quam id esse a Deo, nec ei adscribi posse. Ipse ne peccati
solus essentialis sanctitas est, ut adeo ab ipso quid no-
nihil, nisi quod bonum, sanctum et rectum tandum?
est, proficisci possit. Matth. XIX, 17. 1 Io. I, 5.
quippe qui est ἀπεργαστής κακῶν, hoc est, is,
qui malis tentari non potest, Iac. I, 13. 17.
(vid. supra Part. I. Art. I. §. XI.) Vnde
peccatum non introduxit, sed omnia creauit
bona, speciatim quoque homines, 1 Io. II, 16.
Gen. I, 31. Sap. I, 13. 14. Nec quempiam

ad peccandum impellit, Iac. I, 13. sed peccatum odit et punit, Pf. V, 5. Zach. VIII, 17. Rom. III, 4-6. (vid. Part. I. Art. I. §. XII.) Quomodo diuina providentia respectu peccati sese habeat, supra Part. I, Art. IV. §. V. indicauimus. Itaque quum in nonnullis sacrae scripturae oraculis Deus dicitur homines indurare, Exod. IX, 12. Ies. VI, 10. tradere in turpes libidines et mentem iudicii expertem, Rom. I, 26. 28. dare torpentem animum, c. XI, 8. cetera; id ex ante adductis testimoniis explicandum, nec intelligendum est aliter, quam quod Deus ex iusto iudicio hominibus, qui sua ipsorum praua voluntate ab ipso ipsiusque voluntate defeecerunt, gratiam suam et Spiritum sanctum subtrahat, et suis eos cupiditatibus et corruptioni mundi et satanae permittat, 1 Reg. XXII, 19. Verum *diaboli* inuidia mors in mundum intrauit, Sap. II, 24. utpote qui non solum primus peccauit, Io. VIII, 44. 2 Petr. II, 4. Iud. comm. 6. sed protoplastos etiam ad peccandum induxit, Gen. III, 1. seqq. Io. VIII, 44. 1 Io. III, 8. 2 Cor. XI, 3. Deinde etiam peccatum a *primis* illis *parentibus* nostris est, *Eua* scilicet, immediate a diabolo 1 Tim. II, 14. et *Adamo*, mediate per mulierem decepto. Itaque omnia peccata, quae postea facta sunt et adhuc fiunt, ex deceptione satanae Eph. II, 2. VI, 11. 2 Tim. II, 26. 2 Cor. IV, 4. 1 Paral. XXII, 1. Io. XIII, 2. (cui

De hominis lapsu et peccato. 107

(cui tamen fidelis quisque resistere potest, 1 Petr. V, 9. Iac. IV, 7.) mundi, Prou. I, 10. Matth. XVIII, 7. 1 Cor. XV, 33. Hebr. XII, 15. 2 Tim. II, 17. et malæ concupiscentiæ, quæ nobis inhæret, Gal. V, 16. seq. Marc. VII, 21-23. Rom. VII, 7. 17. Iac. I, 14. 15. existunt.

§. V.

Peccatum 1 Io. III, 4. dicitur *ἀνομία*, Peccatum aberratio a lege Dei, quam ille homini regu- quid? lam et normam præscripsit, et qua sanctam, bonam et iustam voluntatem suam patefecit. Neque id tantum peccatum est, quod contra legem scriptam, sed etiam quod contra legem naturalem committitur, quam Deus iam per naturam in animo hominis inscripsit, et de qua post lapsum etiam aliquid superest, Rom. II, 12. 14-16. immo, *quidquid ex fide non est, peccatum est.* c. XIV, 23. Et quum Deus magistratibus, parentibus, doctoribus, heris, ceteris, in eo, quod vi officii sui præcipiunt, morem geri iusserit; iidem peccatum est, quidquid contra eorum præceptum vel interdictum (si modo id Deo non repugnet) committitur vel omittitur.

§. VI.

Peccatum duplex est: originale et Peccatum actuale. quoru-
plex?

§. VII.

Peccatum originale est, quod non imi- Peccatum tatione demum et actione committitur, sed originale quod per naturalem generationem ab Adamo, quid? tam-

tam-

tamquam exitialis et spiritualis lepra, propagatum est, et nihil aliud est, quam horribilis illa naturæ nostræ, tam animæ, quam corporis, corruptio, qua maxime in rebus spiritualibus cæci et ad bonum inepti, ad malum vero proclives et agiles sumus. Dari istiusmodi peccatum, præter tristem experientiam satis clare docetur Iob. XIV, 4. Rom. V, 12. 21. Io. III, 6. Pl. LI, 7. Eph. II, 3, Gen. V, 1. 3. VI, 5. VIII, 21. Peccatum hoc est *uniuersale*, quo omnes in vniuersum homines, quotquot naturali modo concipiuntur, et in hanc eduntur lucem, infecti sunt et laborant; (quemadmodum ex allegatis dictis patet, vid. etiam Rom. III, 12. 23.) aduersus quod etiam regenitis, licet condonatum ac debilitatum sit, et magis magisque enecetur, perpetuo vigilandum et dimicandum est, Gal. V, 17. Rom. VI, 12. Variis nominibus in scripturis appellatur. Dicitur *κατ' ἐξοχήν* peccatum, Rom. V, 12. *peccatum inhabitans*, c. VII, 17. 20. *lex peccati*, c. VIII, 2. *corpus peccati*, c. VI, 6. *concupiscentia*, c. VII, 7. *peccatum tenax*, Hebr. XII, 1. *caro*, Gal. V, 16. 17. *vetus homo*, Eph. IV, 22. cet. *LV-THERVS* Postill. Eccles. in euangel. fest. Circumc. Tom. XIII. Lips. fol. 246. a. „*Hoc peccatum si non esset, non esset peccatum actuale. Hoc peccatum non committitur, sicut reliqua peccata omnia, sed est, sed uiuit, sed facit peccatum omne. Non peccat per horam*
aut

De hominis lapsu et peccato. 109

„aut temporis aliquod spatium, sed ubi, et
„quam diu persona est, ibi, et tam diu pecca-
„tum quoque est. - - Hoc naturale peccatum
„solum Deus spectat, hoc nulla lege, pena
„nulla arceri potest, etiamsi vel sexcenti orci
„essent; sed sola Dei gratia expurgandum est,
„quæ naturam emundat et renouat.“

§. VIII.

Ex hac venenata radice, peccato scilicet Peccatum
originali, tanquam furculi oriuntur peccata ^{actuale}
actualia, quo nomine vocatur, quidquid ^{quid?}
mali homo contra Deum vel cogitando, vel
concupiscendo, vel loquendo, vel operando
admittit, Matth. V, 21. 22. XV, 19. vbi no-
tandum, peccatum etiam actuale esse, si bo-
num vel prorsus omittatur, vel non satis ala-
criter, sincere et constanter peragatur, Iac.
IV, 17. Luc. XII, 47. Matth. VII, 19. XXV, 42.

§. IX.

Præcipua peccatorum actualium diui- Peccata
sio est in peccata infirmitatis et peccata mali- ^{actualia}
tiae seu proæretica. ^{quoru-}
^{plicia?}

§. X.

Peccata infirmitatis vocantur, quæ fiunt Quænam
a regentis et fidelibus per ignorantiam vel peccata
præcipitantiam, adeoque sine pleno consensu infirmita-
et proposito. De huius generis peccato fer- tis vocan-
mo est Leuit. V, 2. Num. XV, 24. 27. Pf. tur?
XIX, 13. Luc. XII, 48. Gal. VI, 1. Characte-
res horum peccatorum sunt, si quis fidelis,
simulac ea animaduertit, de illis pudefactus
sub-

sub-

submisso animo doleat, et Iesu Christi sanguine confusus fidem obedientiamque renouet, ita ut ea denuo committere ne cupiat. Vocantur hæc peccata *venialia*, non, quasi per se non mereantur mortem, sed quia fidelibus propter Christum non imputantur, Rom. VIII, 1. Ceterum hac de re considerari merentur verba *LUTHERI* in Psalm. CXLIII. Tom. I. Alt. fol. 56. b. „*Valde periculosum est, (inquit) loqui de peccatis venialibus, si securitatem inde captas et falsam consolationem, eum timore Dei pugnantem et iudicium Dei clandestino contemnere docentem. Si enim, quandocumque otiosum verbum loquuti fuerint homines, reddituri sunt eius rationem in die iudicii; quis adeo temerarius et audax fuerit, ut peccata venialia formidare, fugere et deslere, atque ita ad Dei gratiam ac misericordiam submisso et serio adspirare nolit?* „

§. XI.

Per peccatum malitiæ quid intelligitur?

Peccatum malitiæ est, quando quis sciens ac volens, destinata opera et malitiose peccat, peccatoque dominium in se permittit: unde peccatum originale per istiusmodi peccatum actuale voluntarium regnare incipit, eamque ob causam *regnans* dicitur. De quo sermo est Num. XV, 30. Luc. XII, 17. Io. VIII, 34. 1 Io. III, 6. 8. 9. 2 Petr. III, 5. Ex eo autem cognoscitur, si homo peccato delectatur, ei consentit, moremque gerit in cupiditatibus illius.

De hominis lapsu et peccato. III

illius. Ista peccata proprie dicuntur *mortalia* seu mortifera, non solum, quia æternam mortem et condemnationem merentur; (quo respectu omnia peccata dici poterant *mortalia*;) sed quia homo ipso actu in spiritualem incidit mortem, quippe quam peccatum parit, et talis peccator vitam æternam non habet in se manentem, 1 Io. III, 6. 8. 9. 14. 15. Rom. VIII, 13. Iac. I, 15. Ez. XVIII, 24. Peccatorum autem malitiæ aliud alio semper grauius est pro diuersa eius, qui peccat, Luc. XII, 47. Matth. X, 15. Io. XIX, 11. 2 Petr. II, 20. 21. vel in quem peccatur, 1 Sam. II, 25. 1 Tim. V, 8. Matth. XVIII, 6. conditione, vel etiam respectu temporis, Act. XVII, 30. Hebr. II, 1-3. aliarumue circumstantiarum peccati.

§. XII.

Summus gradus peccatorum malitiæ *Peccatum est peccatum in Spiritum sanctum*, consistens in malitiosa et pertinaci impugnatione, criminatione et repudiatione euangelii, virtutis et operationis Spiritus sancti, qua homo a Deo et Spiritus diuini operatione ita sese abstrahit, vt hoc ipso omnem aditum ad gratiam et conuersionem sibi præcludat, Matth. XII, 31. 32. Marc. III, 28. 29. Luc. XII, 10. vide etiam Hebr. VI, 4-8. X, 26-31. *LVTHERVUS* serm. de pecc. in Spiritum sanctum, Tom. IV. Alt. fol. 542. a. „*Peccatum in Spiritum sanctum peccatum est, quod*
„*non*

Peccatum in Spiritum S. quid?

„*non*

„non videt nec potest intelligi: neque crimen
 „est aliquod externum et mundanum, sed
 „sanctum et spirituale, ideo quia confessionem
 „inuerit, nec peccatum, sed opus bonum et
 „splendidum vocari vult, nec reprehendi sed
 „laudari et prædicari cupit, cum quo sanctifi-
 „catis etiam prophetis maxime certandum et
 „dimicandum fuit. Item ibid. fol. 542. b. „In
 „Spiritu sancto peccare nihil est aliud,
 „quam opus et officium Spiritus sancti crimi-
 „nari, quod officium non Dei præceptum et
 „iuramentum, sed meram gratiam et veniam omnium
 „peccatorum adfert. Qui hoc admittere non
 „vult, non habet remissionem.„

§. XIII.

Peccata
 aliena
 quomodo
 fiunt no-
 stra?

Dantur etiam peccata, quæ proprie ab
 aliis committuntur, nostra autem fiunt par-
 ticipando, 1 Tim. V, 22. Eph. V, 7. 11. 2 Io.
 com. 11. vel iubendo, Matth. II, 16. vel sua-
 dendo, 2 Sam. XVI, 21. vel adfertiendo,
 Luc. XXIII, 51. vel approbando, Rom. I, 32.
 vel excusando et defendendo, 2 Petr. II, 19.
 vel negligendo facultatem impediendi,
 Ezech. III, 18. XXXIII, 6. 8. vel occultando,
 Leuit. XIX, 17. Matth. XVIII, 15 - 17. et
 modis aliis pluribus.

§. XIV.

Quænam
 pena pec-
 cati?

Pena peccati est mors, Gen. II, 17.
 Rom. V, 12. VI, 23. quæ quidem mors tri-
 plex est: (1) temporalis, ad quam omnes
 præuiæ calamitates atque ærumnæ mortalis
 vitæ

De hominis lapsu et peccato. 113

vita referendæ ; nec non execratio , quæ terram hominum culpa penetrauit, Gen. III, 16. 19. Exod. XV, 26. vid. Rom. VIII, 20.
 (2) *spiritualis*, in iactura diuinæ gratiæ et spiritualium virium, ad boni rectique studium necessariorum, et inde oriunda mala conscientia ac timore seruii posita, Rom. VIII, 13. Eph. II, 1. 1 Tim. V, 6. Cuius maior gradus est iudicium indurationis, (de quo supra §. IV.) quo magis magisque homo ineptus fit ad pœnitentiam, et peccatis, in quæ traditur, punitur, Ies. VI, 9. 10. 2 Cor. III, 14. Hebr. III, 12. 13, VI, 4. Ps. LXIX, 28. Sap. I, 5.
 (3) *æterna*, alias dicta *mors secunda* et *damnatio*, quæ est æterna priuatio diuinæ et celestis vitæ omnisque beatitatis, et sensus sempiterni tam corporis quam animæ cruciatus, 2 Thess. I, 9. Apoc. XX, 6. 14. Matth. XXV, 41.

§. XV.

Officium nostrum est, (1) causam peccati non Deo optimo maximo, nec soli satisfecundum tanæ aliisue hominibus, sed præcipue nobis hanc doctrinam ipsis nostræque peruersæ voluntati, adscri-
 bere, Iac. I, 13. 14. Gen. III, 12. 13. Ps. LI, 7. *officium nostrum?*
 (2) id, quod peccatum non est, in peccatis non ponere, Col. II, 16. 20. 21. 1 Tim. IV, 2. 3. Matth. XII, 2. XV, 2. XXIII, 24. Io. V, 10. nec id, quod peccatum est, rebus indifferentibus, vel ipsis adeo bonis et diuinitus mandatis operibus adnumerare, Ies. V, 20. Sap. II, 12. 16. coll. com. 6. 11. 2 Petr. II, 19.

H

(3)

(3) peccatum pœnitendo agnoscere et deplorare, ex eoque liberationem per Christum ita acceptare, vt, deposita omni propriæ iustitiæ iactatione, peccatorum veniam per fidem in nomen Iesu Christi quæramus, et virtute ipsius a peccatis nos ipsos magis magisque purgemus, Ies. LXIV, 6. 1 Io. I, 9. Eph. I, 7. 2 Cor. VII, 1. (4) non tantum peccata proæretica deponere, sed etiam contra peccata infirmitatis ita decertare, vt eorum nœui magis atque magis sanentur, 2 Cor. VII, 1. Hebr. XII, 1. (5) cauere, ne vel aliorum animos peccatis offendamus, nec peccatorum ipsorum vlllo modo participes nos faciamus. Vid. supra §. XIII.

§. XVI.

Quodnam
solatium
adversus
peccatum
suggerit
euange-
lium?

Solatium, quod contra peccatum patet, facit euangelium, in eo consistit, (1) quod Deus filium suum vnigenam constituerit, qui peccatum expiet, et serpenti illidat caput, illumque, quum plenum tempus aduenisset, eum in finem miserit, Gen. III, 15. 1 Io. III, 8. (2) Quod Christus peccata nostra eorumque pœnam ita in se susceperit, vt ea expiarit nosque Patri suo cælesti reconciliarit, 2 Cor. V, 18-21. Rom. V, 6. sqq. 1 Io. III, 5. Dan. IX, 24. *LVTHERVVS* Conc. in Io. XVI. Tom. VII. Alt. fol. 198. b. „Postquam Christus venit, peccatum Adami et totius generis humani (nimirum pristinam diffidentiam et inobedientiam) coram Deo perpeffione